

enim Deus gratiam habet orationem  
 quæ devota sit & caleat, longe tamen  
 gratiores habet illam, quam homo  
 in hac afflictione, tentatione, aridita-  
 te, & tristitia fundit. Nam sicut cor pa-  
 tris magis commovet & emollit filius  
 ægrotus voce lamentabili gemens &  
 balbutiens, quam si alius integræ vale-  
 tudinis firma oratione ipsum implo-  
 ret: ita clementissimo Deo nostro, ho-  
 minis pusillanimis, modicæ fidei, Spi-  
 ritu pauperis, & consolatione destitu-  
 ti interna occultaq; afflictio & aspira-  
 tio longe acceptior est, quam si firma  
 fide & gaudibundus alius ipsum ado-  
 ret. Gratiam autem quod attinet, eam  
 summus Deus suo tempore restituet,  
 nec ultra denegabit.

*Affli-  
 ctorum  
 Oratio  
 est Deo  
 gratissi-  
 ma.*

## CAPUT XXI.

DE EFFICACIA HUMILITATIS  
 virtutum nobilissimæ.

Judith 1. *Superbi ab initio non pla-  
 cuerunt tibi, sed humilium &  
 mansuetorum semper tibi placuit  
 deprecatio.*

**S**Ine vera humilitate nihil est omnis  
 oratio. Humilitatem vero à nemi-  
 ne

ne